



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Decimosexto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

Preces Provincie, & causa sequentis Confirmationis.

Martii MDCLXXXVII. Pontificat. Nostri Anno Undecimo.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti filii Fratres dictae Provincie Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi duos Conventus, ultra tres alios, quos possident, eidem Provincie uniri obtinuerint, ac proinde praesertim Innocentii Praedecessoris Literas, quo serventur exactius, & regularis observantia in eadem Provincia firmius solidetur, Apostolica confirmationis Nostrae praesidio communiri summopere desiderant; Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium super disciplina Regulari deputatorum consilio, praesertim memorati Innocentii Praedecessoris Literas, cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Confirmatio Constitutionis Inn. XI.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem praesentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in praesertis Innocentii Praedecessoris Literis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscat. die XXVI. Oasob. MDCCXV. Pontificatus Nostri Anno Decimo-quinto.

CXLIV.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc., & Reg. quo denegatur separatio s. Cœnobiorum a Provincia Aragoniae Fratrum Ordinis B. M. de Mercede.

Constit. ed. 1702. Mart. 29. P. 2. confirmatum fuit Decretum Card. Protectoris pro reformatione Constitutionum. Et Const. edit. 1719. Dec. 6. P. 20. confirmatur Decretum super habitu Fratrum Donatorum Congregationis Hispaniae.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-

lium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita in causa dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum instantibus Religiosis quinque Conventuum Regni Navarrae dicti Ordinis pro gratia separationis, & dismembrationis dictorum quinque Conventuum a Provincia Aragoniae ejusdem Ordinis, eorumque erectionis in particularem separatam, ac novam Provinciam pro tempore existenti Magistro Generali Ordinis hujusmodi subjectam Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - In Causa Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede instantibus Religiosis quinque Conventuum Regni Navarrae pro gratia separationis, & dismembrationis dictorum quinque Conventuum a Provincia Aragoniae, eorumque erectionis in particularem, separatam, ac novam Provinciam P. Generali Ordinis existenti pro tempore subjectam. - Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita attenda relatione Eminentissimi Orthoboni ejusdem Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, & audito P. Procuratore Generali, referente Eminentissimo Paracciano, distulit resolutionem, & censuit exquirendum Votum Capituli Generalis. Romae 6. Septembris 1709. - Iterum proposita Causa, & viso Voto Capituli Generalis, necnon perpensis rationibus per utramque partem informantem deductis, referente Eminentissimo Corsino in locum Eminentissimi Paracciani successore, Sacra eadem Congregatio rescripsit negative, & causam hujusmodi amplius non proponi mandavit. Romae 29. Novembris 1715. F. Cardinalis de Abdua - F. Archiepiscopus Nicensis Secret.

nobiliorum Provinciae Navarrae, ac erectionis novae Provinciae.

Decretum praedict. editum 1715. in specie facti refertur.

Preces Prioris Generalis

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§. 1. Cum autem sicut pro parte dilecti etiam filii Magistri Francisci Mariae Bichi Vicarii, & Prioris Generalis dicti Ordinis Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subiluit, & servetur exactius Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Franciscum Mariam Vicarium, & Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confir-

Dat. 16. Dec. 1715. An. 16.

Petitione facta pro separatione s. Coe-

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

Bbb

matris,

1715.
& 1716.

1716.

matis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inferis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad pramissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVI. Decembris MDCCXV. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

CXLV.

Conceditur Indulgentia plen. perp. etiam pro Defunctis in Ecclesia Montis B. M. V. Monachorum Congregationis Montis Virginis.

Alex. VII. Constit. ed. 1659. Jun. 27. Pont. 4. est contra ambientes. Et Bened. XIII. Constit. ed. 1728. Mart. 26. Pont. 5. agitur de delinquentibus extra Clausura.

Dat. 2. April.
1716. An. 16.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad perpetuam rei memoriam.

Caelestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidelitati Nostrae commisit Divina Dignatio libenter erogamus, cum id ad augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem speramus in Domino profuturum, supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Congregationis Montis Virginis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis ad Ecclesiam Monasterii dicti Montis Beatæ Mariæ Virginis Constantinopolitanae nuncupat. dicatam peregrinantibus, qui vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communionem recepti, Ecclesiam huiusmodi devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, semel in anno, quo præmissa peregerint plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam animabus Fidelium Defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Preces Procuratoris Generalis.

Concessio d. Indulgentiæ semel in anno.

Clausula.

§. 1. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Aprilis MDCCXVI. Pontificatus nostri Anno Decimosexto.

CXLVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. super associatione cadaverum ad Ecclesias Regularium pro Provincia S. Joannis Baptistæ Ord. Fratrum Prædicatorum in Regno Peruviano, contra Parochos, & Clerum sæcularem.

Idem concessum fuit Societati Jesu a Clem. X. Constit. ed. 1672. Aug. 3. P. 3. Inn. XII. Constit. ed. 1699. Oct. 9. P. 9. mandata fuit observantia Constitutionum circa Fratres conjunctos dictæ Provincie.

Et Bened. XIII. Constit. ed. 1724. Sept. 22. P. 1. extenditur privilegium liberandi animas a Purgatorio ad omnes Sacerdotes Ordinis.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Bernardini Solorzani Procuratoris Generalis Provincie Sancti Joannis Baptistæ Ordinis Prædicatorum Regni Peruviani in Indiis Occidentalibus Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod alias prædicta Congregatio die 7. Decemb. 1640. instante tunc existente Commissario Curie Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum declaraverat, Parochos, & Presbyteros Terræ de Lauretano, ac alios Diocæs. Brundusin. accipere non posse majorem elemosynam pro Defunctis, qui in Ecclesiis dictorum Fratrum sepeliebantur, quam accipiebant pro iis, qui in Ecclesiis dictorum Parochorum, & Presbyterorum sæcularium. Similiter die 31. Augusti anni 1658. instantibus Fratribus Provincie Dalmatiæ ejusdem Ordinis decreverat, functiones generales super cadaveribus Defunctorum, quæ itidem sepeliebantur in Ecclesiis Regularium, postquam ipsa cadavera ad Ecclesias ipsorum Regularium pervenissent ad eodem Regulares, non autem ad Parochos pertinere, eodemque modo die 16. Decembris 1661. pariter declaraverat super controversiis, quæ inter Parochos Civitatis Placentinæ, & Monachos Monasterii S. Sixti Congregationis Casinen. Ordinis S. Benedicti occasione funerum exorta fuerant, prout statuerat, & decreverat die 17. Decembris 1671. ad instantiam tunc existentis Procuratoris Generalis eorumdem Fratrum S. Francisci Parochis, qui associabant cadavera Defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularium pariter sepeliebantur non licere ea occasione ingredi Ecclesias Regularium, sed a januis ipsarum Ecclesiarum dimittere debere cadavera huiusmodi, & solum posse benedicere, & dare ultimum vale, offiia vero, & alia munia, quæ in similibus fieri solebant a Regularibus non autem a Parochis fieri debere, his vero non obstantibus cum Parochi in partibus Hispaniarum, & Indiarum aliter in Ecclesiis Presbyterorum, seu Clericorum Regularium Societatis Jesu in grave eorum præjudicium prætenderent, tunc pariter existens Procurator Generalis earundem Hispaniarum, & Indiarum ejusdem Societatis memoratæ Congregationi tunc existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium die 6. Maii 1672. supplicaverat, ut ad removenda omnia, & quacumque scandala benigne declararet; supradicta omnia Decreta, & declarationes ad unguem in Ecclesiis suarum Domorum, & Collegiorum servanda fore, ac si ad ipsius Societatis Instantiam emanassent, dicta vero Congregatio Cardinalium indulgerat decernendo, dandas esse prædictas declarationes alias editas, easque in dictis Ecclesiis Societatis omnino servandas esse, ejusque Decretum postmodum per sel. rec. Clementem Papam X. Prædecessorem nostrum per quasdam suas in simili forma Brevis expeditas literas confirmatum, ac pro eorumdem literarum, ac pro decreti huiusmodi executione Monitorium a tunc etiam existente Casarum Curie Camera Apostolicæ Generali Auditore expeditum fuerat. Et in eadem expositione subjuncto, quod dilecti filii Parochi ejusdem Regni Peruviani in prædictis Indiis prætensiones dictis decretis, & resolutionibus contrarias, & oppositas habebant in Ecclesiis Domorum, & Conventuum dictæ Provincie S. Joannis Baptistæ, & signanter Oppidi de Potofi,

Dat. 3 Junii
1716. An. 16.

Referuntur varia decreta Congregationis quibus interdicitur Parochis, & Clero seculari ingredi Ecclesias quorundam Regularium in associatione cadaverum, super ea functiones peragere, & pro his majorem elemosynam accipere.

Præd. Decreta extensa fuere ad Ecclesias Societatis Jesu in Hispaniis, & Indiis, recontra Clem. X. confirmata.

Causa Decreti Congregationis pro Provincia S. Joannis Baptistæ.

& Civi-

& Civitatis de Cuquifache refpectivè nuncupat., nempe exigendi majorem elemofynam pro Defunctis, qui in Ecclefiis Parochorum, & Presbyterorum facularium ibidem fepelebantur, ac rufus fragandi fuper ipfos functiones generales fuper Defunctorum Cadaveribus, quæ in eorumdem Fratrum Ecclefiis tumulabantur, poftquam ipfa cadavera ad eorum Ecclefias pervenerant, & tandem ingrediendi fuas Ecclefias occasione dictorum funerum, & aliorum fimilium, ideoque ad removenda scandala, affiduaque difcordias, quæ in dies oriebantur pro parte ejuſdem Bernardini Procuratoris Generalis eidem Congregationi Cardinalium fupplicato, ut fuper præmiſſis in omnibus, & fingulis Ecclefiis fupradictæ fuæ Provinciæ, eodem modo, quo ad favorem eorumdem Presbyterorum, feu Clericorum Societatis prædictæ in partibus Hifpaniarum, & Indiarum provifum fuerat, ut præferret, provideret, Decretaque ad eorum, & aliorum favorem edita, ad dictas Ecclefias memoratæ Provinciæ S. Joannis Baptiftæ, & fignanter Oppidi de Potofo, & Civitatis de Cuquifache Provinciæ, & Ordinis hujusmodi in pofterum eadem forma exacte, ac fi ad eorumdem Fratrum Prædicatorum Provinciæ Oppidi, ac Civitatis prædictorum favorem emanaffent extendi, ac obſervari, ac executioni demandari præciperet. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui fequitur, videlicet -- Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epifcoporum, & Regularium præpoſita, attentis, narratis, ac referente Eminentiffimo S. Prifcæ, cenſuit, ac decrevit danda eſſe Decreta alias edita, & fignanter illud emanatum ſub die 6. Maji 1672. ad inſtantiam D. Aloñſi de Alarcos Procuratoris Generalis Hifpaniarum, & Indiarum Societatis Jeſu, videlicet -- Sacra &c. Oratoris precibus benigne indulgens, cenſuit dandas eſſe petitas declarationes fæpe alias editas, eaſque etiam in prænaratis Ecclefiis Societatis eſſe obſervandas, nimirum Parochis in aſſociatione, five occasione aſſociationis cadaverum non licere ingredi Eccleſias Regularium, ſed teneri dimittere eadem cadavera ad januam Eccleſiarum ibique ſolum poſſe benedicere, & dare ultimum vale. Officia vero, & alia munia, quæ in hujusmodi miniſteriis adhiberi ſolent, ab ipſis Regularibus peragi debere, non autem a Parochis. Epifcopos, feu Ordinarios locorum permittere non debere, ut Parochi, aliique de Clero faculari majorem elemofynam ſibi attribui faciant ab hæredibus Defunctorum, qui in Eccleſiis Regularium ſepulturam ſibi elegerint, quam percipere poſſent, ſi in Parochiali, feu alia ipſius Cleri facularis Eccleſia ſepeliri voluiſſent. Functiones Funeralium ſuper cadavera Defunctorum, quæ in Eccleſiis Regularium contingit ſepeliri, poſtquam ad eaſdem Eccleſias pervenerint, ad ipſos Regulares, non ad Parochos pertinere. Contrariis quibuſcumque circa ſupra ſcripta omnia minime obſtantibus. Romæ 24. Aprilis 1716. F. Cardinalis de Abdua Archiepiſcopus Damafcenus Secretarius.

Præces Procuratoris Provincie.

§. 1. Cum autem, ſicut dictus Bernardinus Procurator Generalis Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujusmodi, quo firmis ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiti ſummopere deſideret. Nos ipſius Bernardini Procuratoris Generalis votis hæc in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interditi, aliisque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pænis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad eſſe-

ctum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ferie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quodcumque ſpectabit, pleniffime ſuffragari, & ab eis refpectivè inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores judicari, & deſignari debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die III. Junii MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

Confirmatio relati Decreti.

Claulula.

REV. V. C.

Conceditur Indulgentia plen. perp. in feſto S. Petri de Alcantara pro Eccleſiis Fratrum Min. Conventualium.

CXLVII.

Hæc Indulgentia pro Eccleſiis totius Ordinis conceſſa fuit a Clem. X. Conſt. ed. 1670. Maji 11. P. 1. Item ab Inn. XII. Conſt. ed. 1695. Aug. 18. P. 5. alia plenaria pro Eccleſia Civitatis Aſſiſienſis & a Bened. XIII. Conſt. ed. 1724. Jun. 5. P. 1. ubi de Canonizatione B. Carbarina a Bononia.

CLEMENS PAPA XI.

Dat: 29 Julii 1716. An. 16.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cæleſtium munerum theſauros diſpenſationi noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Cælis cum Chriſto regnantium venerationem, excitandamque, & conſolvendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum.

Exordium

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Conventualium nuncupatorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate conſiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifiſdelibus verè poenitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione reſectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Conventuum dicti Ordinis tam hætenus erectis, quam in poſterum quodcumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto Sancti Petri de Alcantara, a primis vespertis, uſque ad occaſum ſolis diei hujusmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, piæ ad Deum præces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedi-

Præces Procurator. Gen.

Conceſſio præd. Indulgentiæ.

Claulula.



mus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus
valituris.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsen-
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate
constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique
habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si fo-
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-
rem sub Annulo Piscatoris die XXIX. Julii
MDCCXVI. Pontificatus Nostri Anno Decimo-
sexto.

CXLVIII.

Reservatur Summo Pontifici dispensatio a Voto
perseverantiæ pro Congregatione Clericorum
Doctrinæ Christianæ.

*De dispensatione Voti, ac juramenti horum Cleri-
corum vide Inn. XII. Const. ed. 1699. Jun. 23.
P. 8. De suffragio deliberativo pro Definitorum
adjuncto hujus Pontificis Const. ed. 1714. Jun. 11.
P. 14. Et Bened. XIII. Const. ed. 1723. Nov. 24.
P. 1. extat eadem reservatio pro Congregatione in
Regno Neapolitano.*

Dat. 28. Sept.
1716. An. 16.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

In Capitulo
Gen. 1715.
decretum
fuit, ut Novi-
tium emitterent
stabilitatis
votum, ejus
dispensatio
spectaret ad
Rom. Pontifi-
cem.

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii
Præpositus, Diffinitores, ac Presbyteri Con-
gregationis Doctrinæ Christianæ de Urbe, quod
ipsi ad augendam, & conservandam eorum Con-
gregationem in Capitulo Generali die 14. Maji
anni proxime præteriti habito, illique præside-
nte dilecto filio nostro Francisco Maria Casini ti-
tuli Sanctæ Priscæ S. R. E. Presbytero Cardinali
Sanctæ Priscæ nuncupato Visitatore Apostolico
Congregationis hujusmodi a Nobis deputato de-
creverunt, ut de cætero Novitii post probationis
annum votum stabilitatis, cujus dispensatio No-
bis, & Romano Pontifici pro tempore existenti
reservata sit, emittere teneantur. Nobis prop-
terea humiliter supplicari fecerunt, ut in præ-
missis opportune providere, & ut infra indulge-
re de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Con-
gregationis.

§. 1. Nos igitur dictos Exponentes speciali-
bus favoribus, & gratiis prosequi volentes, &
eorum singulares personas a quibusvis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis
a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ
existunt ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & absolu-
tas fore censentes, hujusmodi supplicationibus
inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Inter-
pretum, qui ad Dubium propositum, an & quo-
modo prælatorum exponentium precibus esset
indulgendum in casu &c. affirmative pro ingre-
ssurum tantum, responderunt consilio, dispensa-
tionem super dicto Voto perseverantiæ Nobis, &
Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat
auctoritate Apostolica tenore præsentium
reservamus, & quatenus e dicta Congregatione
sine dispensatione hujusmodi egrediantur ab exer-
cicio Sacrorum Ordinum suspensi remanere de-
beant, salva tamen semper in præmissis aucto-
ritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Reservatio
d. dispensa-
tionis pro in-
gressurum tan-
tum secundum
Congregationis
Concilii De-
cretum.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas
semper firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat,
& pro tempore quancumque spectabit, in-
violabiliter observari: sicque in præmissis per quos-
cumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam

Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane si secus super
his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non dictæ Congregationis Doctrinæ Christianæ,
etiam juramento, confirmatione Apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, &
consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis,
& literis Apostolicis in contrarium præmissor-
um quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis illorum
tenores præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac ad verbum insertis habentes, illis
alias in suo robore mansuris, ad præmissor-
um effectum hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-
rem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Septem-
bris MDCCXVI. Pontificatus nostri Anno De-
cimosexto.

Conceditur Provinciæ Silesiæ Monachorum Ci-
stercien. communicatio Indulgentiarum totius
Ordinis, & Monasteriorum Superioris Ger-
maniæ.

CXLIX.

*Eandem communicationem quinimo amplio-
rem vide concessam pluribus Provinciis Const. ed. 1715.
Mar. 7. P. 15. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728.
Jan. 25. P. 5. confirmantur privilegia Ordinis.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

PASToralis officii, quod Authore Deo gerimus,
debitum exigit, ut paternam Christifide-
lium divinis obsequiis sub suavi monasticæ vitæ
jugo mancipatorum curam gerentes, felicibus
eorum in via Domini progressibus, quantum
Nobis ex alto conceditur, consulere jugiter stu-
deamus.

Dat. 8. Oct.
1716. An. 16.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii moderni
Visitator, & Vicarius Generalis, alique Præ-
lati Provinciæ Silesiæ Ordinis Cisterciens. Nobis
nuper exponi fecerunt, ipsi privilegia, gratias,
& indulta quibus dictus Ordo Cisterciens. ejusque
Monachi Germaniæ Superioris fruuntur, sibi,
ac omnibus dictæ Provinciæ Monasteriis, quem-
admodum aliis Monasteriis Ordinis hujusmodi a
Sede Apostolica concessum fuisse memoratur a
Nobis communicari plurimum desiderent. Nos
ipso exponentes specialibus favoribus, & gra-
tiis prosequi volentes, & eorum singulares per-
sonas a quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sen-
tentiis, censuris, & penis a jure, vel ab homi-
ne, quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet innodatæ existunt ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum harum se-
rie absolventes, & absolutas fore censentes,
supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati de Venerabilium
Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium nego-
tiis, & consultationibus Episcoporum, & Re-
gularium præpositorum, qui relationem dile-
cti, etiam filii moderni Procuratoris Generalis
dicti Ordinis super præmissis eisdem Cardinalibus
factam attenderunt consilio, enarratam com-
municationem privilegiorum quoad Indulgen-
tias tantum prædictis Prælati, & Monasteriis
Provinciæ Silesiæ hujusmodi, auctoritate Apo-
stolica tenore præsentium concedimus; salva
tamen semper in præmissis auctoritate Congre-
gationis eorumdem Cardinalium.

Preces Præ-
latorum pro
privilegiis
universis.

Concessio
quoad Indul-
gentias tan-
tum.

§. 2. Decer-

§. 2. Decernentes ipsas presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis pro quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Octobris MDCCLXVI. Pontificatus nostri Anno Decimo-sexto.

CL.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc., & Regul. de alternativa inter duas filiationes Fratrum Eremit. S. Augustini Discalc. Congregationis SS. Conceptionis M. V. in Regnis Lusitanicæ, & Algarbiorum servanda.

Const. ed. 1702. Nov. 24. P. 3. extat prohibitio ne duo consanguinei suffragentur. Const. edit. 1708. Aug. 14. P. 8. abolita fuit alternativa in Provincia B. M. de Gravia. Const. ed. 1715. Sept. 14. P. 15. Et Const. ed. 1716. Mar. 31. P. 16. Statutum fuit tempus Vicarii Gen. hujus Congregationis. Inn. XIII. Const. ed. 1723. Sep. 20. P. 3. extat moderatio Constitutionis de consanguineis. Et Benedic. XIII. Const. ed. 1727. Feb. 27. P. 2. extenditur præd. alternativa.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alias Nos ad supplicationem charissimi in Christo filii nostri Joannis Portugallie, & Algarbiorum Regis illustris gubernium sexennale Vicarii Generalis Congregationis Sanctissimæ Conceptionis B. M. Virg. Immaculatæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Regno Portugallie ad triennale cum vacante trienniali in futurum reduximus, omnesque ejus Superiores Generales constituitis, & deputavit, cum solitis tamen vacantibus postquam iidem Superiores in eorum respective officiis, spatium sex annorum expleverint, ac Superioribus Generalibus sic a Nobis electis, & constitutis, alios Superiores subalternos, nempe Priores, Subpriores, Magistros Novitorum, & Lectores ejusdem Congregationis, servata tamen forma circa eorumdem officiorum vacationem Constitutionis felic. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit - *Circumspecta*, etiam pro Fratribus Discalceatis Provincie Italie dicti Ordinis editæ, substituendi facultatem elargiti fuimus, ea tamen lege, ut triennium Dominica sexta post Pascha Resurrectionis Dominicæ proxime præteritum incipere deberet, & alias, prout in hinc nostris primis quidem die 14. Septembris anni proxime præteriti, novissimis vero die 31. Martii currentis anni desuper in simili forma Brevis respective expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseris haberi volumus uberius continetur; Et subinde pro parte ipsius Joannis Regis Nobis exposito, quod ipse pro perpetuo ejusdem Congregationis, quæ decem Conventibus, & quatuor Vicariis constabat, stabilimento, duas particulares filiationes in eadem

Congregatione, nempe unam in *Extremadura*, alteram vero in *de Alentejo*, & *Algarbiorum* respective Provinciis nuncupandas, assignando unicuique ex eis quinque Conventus, & duas Vicarias introduci desiderabat, quemadmodum Fratribus ejusdem Ordinis Eremitarum S. Augustini, & Sancti Francisci de Observantia Reformatorum, ac Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci respective nuncupat. per Nos concessum fuisse memorabatur, itaut eidem Provincie Extremaduræ Regius Conceptionis Montis Oliveti Ulyssiponen. Caput totius Congregationis, itidem Regius B. M. V. de Pietate de Santarem, Assumptionis ejusdem B. M. Virginis de Sobreda, Boni Jesu Villæ Portus de Mos, Beatæ Mariæ de bon hora Curie, & dictæ Civitatis Ulyssiponen. respective nuncupat. Conventus, necnon de Palma Civitatis Bahien. omnium Sanctorum in Brasilia, Sancti Jacobi Insulæ, Sancti Thomæ Vicariæ, ac Provincie de Alentejo, & Regni Algarbiorum, de Beira, Mintro, & de Frans de Montes, B. M. de Mercede Civitatis Elboren. prædictæ Provincie de Alentejo Metropolis ejusdem Beatæ Mariæ de Orada, de Manfaras, B. M. V. de Consolatione Villæ de Extremos, Conceptionis ejusdem B. M. Virg. Ville de Monte Mox il Novo, S. Mariæ Civitatis Portalegren., etiam respective nuncupat. Conventus, necnon ejusdem B. M. V. della bona hora Ville de Setubal, ac ejusdem B. M. Virgin. de i Poveri, Villæ de Lauæ Regni prædicti Algarbiorum Vicariæ concedantur. Utque prima filiatio una cum suis Conventibus, etiam Insularum adjuncta cum supradicto Regio Conventui Conceptionis Montis Oliveti Ulyssiponen., Secunda vero filiatio Provincia de Alentejo, & Algarbiorum nuncupat. memorato Conventui ejusdem B. M. V. de Mercede additæ esse debeant, atque in celebratione Capituli Generalis alternativam inter dictas duas filiationes servetur itaut Vicarius Generalis pro uno, ex prima, altero vero triennio ex secunda filiatione hujusmodi, prout cæteri Superiores Generales, Priores, Vicarii, Subpriores, Magistri Novitorum, & Lectores, servata tamen æqualitate Officiorum inter Religiosos dictarum filiationum dividendorum assumantur. Si autem Vicarium Generalem ante ultimum annum triennii sui Gubernii præmori contigerit, cum novus Vicarius juxta Constitutionum Apostolicarum dispositionem eligendus sit ex ea filiatione, cujus erat Defunctus, eligi debeat, idque etiam in casibus magni momenti, vel renunciacionis, aut depositionis ab officiis dicti Vicarii Generalis, aliorumque Superiorum Generalium, Priorum, Subpriorum, Magistrorum Novitorum, & Lectorum servandum sit. Si vero progressu temporis, novos Conventus in posterum in eadem Congregatione augeri contigerit, primus scilicet primæ filiationi Extremaduræ, alius vero erigendus Conventus hujusmodi alteri filiationi de Alentejo accrescat, & si Conventus hujusmodi in Provincia de Beyta Minho, & de tras dos Montes nuncupat. numero quatuor, vel plures essent, tertia filiatio uni ex hujusmodi Conventibus erectis addita, ubi filii dictarum Provinciarum congregabuntur, fiat, & tunc tunc, seu circulus tripartitus conficietur, ita ut tunc Vicarius Generalis in uno ex Conceptionis, in altero ex Beatæ Mariæ de Mercede & in reliquo triennio ex nova filiatione aucta eligetur, idque etiam in aliorum Officiorum subalternorum repartitione servari debeat: Ideoque pro parte ejusdem Joannis Regis Nobis supplicato, ut pro communi ejusdem Provincie pace, & tranquillitate, ac perpetua Constitutionum Apostolicarum observantia alternativam prædictam confirmare dignemur. Nos supplicem Nobis super præmissis portestam ad

Dat. 26. Oct.
1716. An. 16.

Epitome
duarum Con-
stit. Clem.
XI. de regi-
mine Vicarii
Gen. ad
triennium
contracto,
Superiorum-
que electio-
ne.

Præces Regis
pro triplici
filiatione, &
tripartita al-
ternativa, cu-
jus modus
describitur.

Decretum Congregationis pro duplici dumtaxat filiatione, & bipartita alternativa

Preces Regis pro Decreti confirmatione.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, praepositam: Eadem vero Congregatio Decretum edidit tenoris sequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad quam Sanctissimus D. N. supplicem hunc libellum benigne remisit, attentis narratis, referente Eminentissimo Sanctae Prisca, petitam gratiam alternativam inter duas filiationes existentes benigne impertita est, in reliquis instantiam rejecit. Romae 25. Septembris 1716. -- F. Cardinalis de Abdua. -- R. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte ejusdem Joannis Regis Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi quo firmius subsistat Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret; Nos piis ejusdem Joannis Regis votis annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praefertum auctoritate Apostolica, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robor adjuicimus; Silva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicut in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictorum Conventuum, Congregationis, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris die XXVI. Octobris MDCCXVI. Pontificatus nostri Anno Decimo sexto.

CLI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium approbans Decretum Capituli Fratrum Praedicatorum Provinciae Portugalliae super immoderatis expensis fieri solitis a Monialibus in earum officiiis.

Innoc. XI. Const. ed. 1685. Feb. 22. P. 9. confirmatae fuerunt Constitutiones Monialium Recollectorum SS. Trinitatis in Hispania. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728. Sep. 19. P. 4. prohibentur Monialibus S. Radegundae Mediolanen. musici concentus figurati.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 12. Dec. 1716. An. 17.

Epitome Decreti Capituli Provinciae Portugalliae celebrati.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Dominici a Sancto Thoma Vicarii Generalis, & Definitorum Capituli Provinciae Portugalliae Or-

dinis Fratrum Praedicatorum Congregationi venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod cum ipsi mature considerassent damnum, ac scandalum, quod ex causa immoderatarum expensarum quae per Moniales ejusdem Ordinis in ipsarum officiiis ultra id eis permissum fieri solebant, oriebatur, in eorum Capitulo anno 1714. celebrato prohibuerant sub poena excommunicationis majoris ab ipsis Monialibus incurrenda, ne ipsae plus illo, quod per eas in eorumdem officiorum exercitio, excepto tamen illo Sacristanae quoad expensas ad cultum Divinum spectantes, viginti ab illinc annis impendebatur, erogarent, & alias prout in Decreto dicti Capituli ab ipsis exponentibus die 24. Aprilis ejusdem anni subscripto, tenoris sequentis videlicet: -- Fr. Domenico di S. Tomaso Maestro in Sacra Teologia, Consultore di S. Offizio, e Vicario Generale di questa Provincia di Portogallo con li PP. Definitori del Capitolo celebrato in quest' anno 1714. Avendo Noi considerato li perniciosi effetti, che ne nascono di spendere le Monache nelli loro Offizj più di quello, che possono, e che si costumava, senza riguardo al voto della povertà, e con scandalo de' Secolari, ed altri danni, alli quali dobbiamo dar rimedio, comandiamo sotto precetto formale, e di scomunica maggiore ipso facto incurrenda, che veruna Religiosa di questa nostra Provincia spenda nel li Offizj più di quello, che si costumava spendere veni anni sono, per il che non gli sia sufficiente preteso ricevere dalli loro Padri, o Parenti, ed Amici quello, che vorrebbero spendere di più, eccettuato però nell' Offizio, e carica di Sagrestana per quello appartiene al culto Divino, e sotto il medesimo precetto, e censura comandiamo alle Superiore, che facciano osservare questa disposizione, e Ordine, e sappino non essere eccettuate dalla medesima legge per quello appartiene a' loro Offizj. Dato in questo nostro Convento di S. Domenico di Lisbona li 26. Aprile 1714. -- Fr. Domenico di S. Tomaso Priore, e Vicario Generale. -- Fr. Galuto Maestro, e Definitor. -- Fr. Emmanuele de Aguiar Maestro, e Definitor. -- Fr. Gio. di Santa Maria Dottore, e Definitor. -- Registrat. fol. 102. Fr. Gio. di S. Alberto Secretario, e Complimentario. Loco * Sigilli. -- Ideoque pro parte dictorum exponentium eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut praedictum Decretum sub eisdem Censuris, vel privationis vocis activae, & passivae poenis Sedi Apostolicae, vel praedictae Congregationi Cardinalium reservatis, confirmaret, prohibendo insuper, ne ullus superior regularis, nec quidem noster, & pro tempore existens Nuncius Apostolicus in illis partibus super praemissis nisi id ei a Sede praedicta permissum fuisset, dispensare valeat, emanavit ad eorumdem exponentium supplicationem a praedicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, audita relatione Nuncii Apostolici Ulyssipone residentis, ac attentis narratis, praefatum Capitulare Decretum P. Vicarii Generalis, & Definitorum Ordinis Praedicatorum in omni sui parte benigne approbavit, & confirmavit, & moderno Patri Provinciali Provinciae Portugalliae, ejusque pro tempore successoribus injungit, ut pro omnimoda illius observantia invigilent. Romae 25. Septembris 1716. -- F. Cardinalis de Abdua. R. Archiepiscopus Damascenus.

§. 1. Cum autem sicut pro parte eorumdem exponentium Nobis nuper expositum fuit, ipsi secundo dictum Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summo opere desiderent,

Decretum praed. quo prohibentur sub majori excommunicatione expensas excedentes eius fieri solitas 20. abhinc annis.

Decretum Congregationis confirmans recensitum Decretum.

Preces Vicarii, & Definitorum.

Nos